



**D. Marcus Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia XLVIII. Adhuc eo loquente, ueniunt quida[m] à principe Synagogæ,  
dicentes: Filia tua mortua est: quid amplius uexas magistru[m]? Iesus  
autem statim ut audiuit hunc sermonem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

orbitemus. Ita fiet, ut maiores fidei progressus faciamus quotidie, et ipsius Christi consilium in magis confirmemur.

Ut Christus timorem & trementem & tremorem vocat. Et huc postrema huius loci pars referri debet, qua narratur, ut timentem & trementem viderem Christus sit allocutus. Primò illam, ut reliqui duo tradunt, presentis animi esse iubet, et sic vocat. Non enim se confundat & perdat, suos in medium protrahit Christus, sed se saluti facit, & conscientijs suis exhilaratos publica salutis & gratie sue exempla proponat. Et hic contemptum honorificum est, quòd filii nomine eam dignatur, qua hactenus quasi neglecta à Deo nostra correptionis simul & miserie typum gesserat. Ita alibi paralyticum filium dicit, qui tamen in mortis peccatorum suorum penas exolvebat. Unde constat, nos propter ingentem corruptionem & meretriciam à Deo non reijci. Ut enim pater liberos morbis aut corporis vitio laborantes non ideo liberos loco habere desinit, sed eos tenerius amat: Ita nos propter naturæ corruptionem & ex hac emanantem desectus non totos abijcit Deus, sed ardentiori affectu amoris complectitur, modò illam agnoscat, & salutem, quam ille nobis in Christo offert, amplectemur.

2. Causam salutis indicat. Deinde causam salutis indicat, dicens: Fides tua te servavit. Atqui prius virtus à Christo prodijisse dicebatur, qua illam curavisset? Vtrumque tamen verè & rectè dicitur. Propriè quidem salutis omnis ex Christo est, nec aliud nomen est sub celo hominibus datum, per quod salvari possint. Atque hic non alia ratione, quàm fide percipitur, fide nos salvari scriptura ait: non quatenus illa nostrum opus est, sed quatenus Christi apprehendit, & nos illius consortes reddit. Et rursum, quia Christus nobis non ob merita nostra, sed ex gratia Deus saluatorem dedit, et idem nobis fidem largitur (sicut Dei donum esse Apostoli tradunt) salutem omnem ex mera Dei gratia dependere constat, nequam hinc nostris viribus aut meritis tribui debere. Hinc ergo Apostolicum illud dogma dicitur, Ex sola gratia per fidem in Christum hominè iustificari & salvari posse. Quæ doctrina hodie magis offendit, quòd fidei vim ignorant, & illius loco nudam quandam & inanem opinionem animo capiunt. Quòd si verò idem intelligant, fidem certum & firmum conscientie & totius animi assensum esse, quo Christum amplectimur, qualis nobis in scriptura proponi solet: mox illam hunc etiam longe exuperare, & per hæc nos ita Deo subijci sentiri, ut fide & illius effectibus nihil præclarum cogitari queat. Non temerè ergo fidei tribuitur, quòd nullis hominum viribus sine merito fieri potest. Nec interim illorum exemplo nos offendi decet, qui sub fidei prætextu peccandi libertatem habent: quin ipsi potius in hoc simus, ut fidem quam profitemur, totius vitæ consuetudinis & officij exprimamus.

3. Salutis certitudinem reddit. Tertio omnem timorem adimit, & salutis certitudinem reddit, dicens: Vade in pacem, & esto sanus à iugello tuo. Semper enim inter spem & meum dubij fluctuamus, donec peculiari gratia Dei provisione confirmamur, qua per Evangelium offertur: cuius prædicationem idè piji scilicet admodum facilius quotidianis conscientie tentationibus resistant. Paucis verò Christus salutis in ipso verbo exprimit. Primò enim pacem animorum confert, iuxta illud Pauli: Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & aditum nostri sanam vitam gratiam hanc, in qua stamus, &c. Quam pacem alibi omnem mundi intellectum superare ait, et quæ inter medias tribulationes durat, & tunc mirifice iuvat, quando humana omnia fallunt. Deinde salutem esse aut manere iubet. Nam ut salutis certos reddit, ita etiam officij admonet: ut salutem non modo credamus saluatos esse, sed salutem retinere studeamus. Nobis enim omnibus dicitur, quòd paralytico Christus dixit: Ecce sanus factus es, ne posthac peccet, ne quid deterris tibi contempseris. Frustræ enim salute in Christo gloriantur, in quibus ea tantummodo opera elacent, quæ demonstrant, & interitum merentur, aut qui ex ijs erepti, devoto animo ad ea relabuntur. Horum itaq; meminit, salutem in Christo constanti fide amplectamur, & vicè vivamus illius professione dignam: illi debentur benedictio, honor gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A XLIII.

Adhuc eo loquente, veniunt quidam à principe Synagoga, dicentes: Filia tua mortua est: quid amplius vexas magistrum? Iesus autem ita timuit aut



ut audivit hunc sermonem qui dicebatur, dicit principi Synagogæ: Ne metuas, solummodo crede. Neque permittit ut quisquam se consequeretur, nisi Petrus, & Iacobus, & Ioannes frater Iacobi. Tunc veniit in domum principis Synagogæ, & spectat tumultu, flentes & eulantes multum. Et ingressus, dicit eis: Quid tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit.

Miracula Domini nostri Iesu Christi ita ab Evangelistis describuntur, ut partim doceat, quid nobis in illo datum sit: partim rationem ostendant, qua nos cum ipsius Christi cum saluti in se ipsos conforces reddamus. Verum, hoc in presenti etiam habetur, quo Iairi filiam à mortuis suscitavit. Se enim nobis vita & immortalitatis autorem esse docet, & simul Iairi exemplo admonet, ut hanc apud ipsum querere debeamus. Et si enim in fide infirmior fuerit, ad Christum tamen conforgetur, coram illo prociat & orat. Que omnia Christo ita probantur, ut illius infirmitati sese amice accommodet, & fidem ipsius novo atque insigni miraculo confirmet. Et hoc cum primis faciunt que modo recitavimus. Describitur enim gravissima tentatio, qua Iairi fides denuò oppugnari cepit, quam tamen Christus salutaris consolatione fulciuit, & tandem domum ipsius ingressus, ea agere cepit, que ad puellæ resurrectionem perlinebant.

Nam loquente adhuc Christo cum muliere, adsunt qui filiam iam exinctam esse denunciant, si magis addunt: Quid amplius vexas magistrum? Fuit ista haud dubie gravis tentatio. Antea enim infirmior adhuc Iairus Christum non aliter illi mederi posse putavit, quam si coram præsens manus imponeret; nec dubium est, quin valde sollicitus fuerit, ne mora aliquid maioris periculi afferret. Et cum ex precedenti miraculo vix dum melius sperare cœperit, en adsunt, qui fidem nondum plane confirmatam novo ariete concutiunt, & denuò labefaciunt. At ea est piorum conditio, ut quotatationibus exercantur. Nisi iam ad in huius vite palestra agunt, astiduis & novis subinde tentationibus exercantur. Nisi iam eam cessat communis noster hostis satan, quem scriptura ideò tentatorem vocat, quod instar rugientis leonis obambulat, querens quem devoret. Nec illi desunt ministri inter homines, quorum vel mirabilibus dictis, vel blanditijs, vel sophismatib; fidei nostræ fundamenta conuellat. Quin ipse Deus suorum fidem novis indies casibus atque periculis exercet, ut & gloria sua per hanc illustretur, & eadem suo exemplo multorum institutioni serviat. Sic Abraham, ubi Dei vocationem secutus natalis solum reliquit, mox fame excipitur, que illum in Ægyptum descendere cogit. Illic Saram uxorem adducit Pharaeo. In terram verò à Domino monstratam reuersus, domesticis famulorum disidijs tentatur, belli periculis obicitur, & infinita alia huius generis sustinet, que singula ad fidem illius curandam sufficere poterant, nisi illum Dominus singulari gratia sustentasset. Eadem quoque Davidis fors fuit, qui post acceptam à Deo regni promissionem Saulis tyrannide à regno & patria eiecitur, restitutus verò domesticos suos hostes sentit, & à filio tandem rursus excurbatur. Experiuntur similia ipsi etiam quoidie, dum Dei vocationem secuti, modo morbis exercemur diuturnis, modo egestate premimur, modo exulare cogimur, modo fame periculum subimus, modo bellorum motum sustinemus, adeoq; indies nova tentationum agmina aduersum nos surgere videmus. Accedunt hinc carnis cogitationes, Deum mortalium res non curare, vana esse que de futuri seculi conditione dicuntur, nec vilum esse apud Deum discrimen inter pium & impium, quare imprudenter nimis eos facere, qui religionis causa cum quoquam dissideant. Que omnia ut occultè nobis suggerit satan, ita est quoq; homines submitte, qui gliscens impietatis scintillas suis sermonibus cen follibus & flabelis magis incendat. Omitto nunc conscientia tentationes, que ut gravissima sunt, ita frequenter reocurrunt, ut vix unquam securis & quietis esse liceat. At in omnibus hisce Iairi & alia veterum exempla animis nostris obseruari debent, nec absque Dei providentia nos ita exerceri putemus, qui (ut Apostolus ait) suos novit ex tentatione eripere, & cum tentatione simul eventum facit, quòd hanc sufferre & omnibus periculis superiores evadere possimus. 1. Cor. 10.

Argumentum  
us præs  
sentis loci.

Iairo nunciatu  
filiam mortua  
esse.

Psi astiduis ten  
tationibus exer  
centur.

Matth. 4.  
1. Pet. 5.

Gen. 12. 13.  
14. & c.

Psal. 73.  
Malach. 3.

2. Pet. 2.

Christus Iairu  
consolatur.  
Luc. 8.



1. Cor. 10.  
Fides optimum  
in tentationi-  
bus remedium.  
Marc. 6.

infirmi-  
tatem  
nostram  
agnoscit,  
quibusq[ue]  
remedijs  
opus  
habeamus  
intelligi.  
Illa ergo  
in tempo-  
re ad-  
hibet, nec  
nos ultra  
vires tenari  
patitur.  
Hic vero  
diligenter  
obseruabis,  
quod nam  
& quatenus  
dium  
tentationi  
omnium  
grauissima  
adhibeat.  
Solummodo  
crede ( inquit )  
& salua eris.  
Fides  
ergo sola  
sufficit, &  
ea vnica  
est aduersus  
omnia ea  
remedia,  
que saluti  
nostrae  
officere  
sunt.  
Fides  
enim  
incredulitas  
nos ad  
percipiendam  
Dei  
bonitatem  
ineptos  
reddit ( sicuti  
infra de  
Nepotiano  
dicitur )  
sic sola  
fides  
eiusdem  
nos capaces  
facere  
consuevit.  
Et hic  
consolationis  
plenum  
est, quod  
etsi  
Iairum  
infirmum  
& imperfectum  
esse  
sciat  
Christus,  
ab illo  
tamen  
fidem  
simpliciter  
recepit,  
non  
angelicam  
& omnibus  
numeris  
absolutam,  
sed  
qualis  
in  
nobis  
esse  
potest, dum  
in  
carne  
hauri-  
tissima  
versamur.  
Nec  
Iairo  
soli,  
sed  
nobis  
quoque  
dictum  
puremus,  
quod  
hic  
dicitur.  
Certe  
enim  
sibi  
semper  
Deus,  
& vna  
eademq[ue]  
semper  
fuit  
apud  
illum  
salutis  
humane  
ratio.  
Dicit  
hinc  
aperte  
Paulus  
quando  
1. Corinth. 10.  
patres  
olim  
sub  
Mose  
eamdem  
escam  
spiritualem  
nobiscum  
medisse,  
& eundem  
nobiscum  
potum  
bibisse  
ait.  
Petrus  
item  
Actor. 15.  
cum  
nonnulli  
eos  
quod  
circum-  
cisionem  
legi  
subijcere  
vellent,  
& eorum  
sententia  
patrum  
exemplis  
con-  
firmari  
videretur,  
qui  
ea  
ratione  
salutem  
consecuti  
esse  
multis  
videbantur,  
inter  
alia  
grauerat.  
Quid  
tentatis  
Deum,  
vt  
imponatur  
iugum  
super  
ceruicem  
discipulorum,  
quod  
neq[ue]  
patres  
nostri,  
neq[ue]  
nos  
portare  
potuimus?  
Sed  
per  
gratiam  
Domini  
Iesu  
Christi  
credimus  
nos  
seruatum  
iri,  
quatenus  
ad-  
dum  
& illi.  
Sed  
& Christus  
de  
Abrahamo  
loquens:  
Exultauit  
( inquit )  
vt  
videret  
die  
ipsum  
necesse,  
& vidit  
& gauisus  
est.  
Quod  
etiam  
pertinet,  
quod  
credidisse  
dicitur,  
& fidem  
eam  
illi  
impertiam  
fuisse  
ad  
iustitiam.  
Eandem  
ergo  
salutis  
rationem  
hodie  
quoq[ue]  
omnes  
eos  
sectari  
conuenit,  
qui  
ad  
per-  
tingere  
volunt.  
Non  
ergo  
illorum  
argutijs  
offendamur,  
quibus  
nimis  
leuiculus  
videtur  
fide  
homines  
saluari  
dicamus,  
& proinde  
nescio  
quid  
maius  
& prestantius  
requirunt.  
Quae  
ex-  
sania  
est,  
plus  
quidam  
exigere,  
cum  
ipse  
Deus  
fide  
contentus  
sit.  
At  
hoc  
faciunt,  
qui  
fidei  
in-  
tam  
intelligunt.  
Ceterum  
fides  
Dei  
verbo  
nititur,  
& illius  
proprium  
est  
contra  
spem  
operari.  
Abrahami  
exemplo  
Paulus  
docet )  
& omnem  
carnis  
intellectum  
per  
obedientiam  
veram  
Dei  
ijcere.  
Hanc  
ergo  
quotquot  
habent,  
ij  
& diuinae  
voluntati  
obediunt,  
& vere  
bonis  
operibus  
filijs  
& quatenus  
aduersa  
constanter  
superant,  
sicuti  
multis  
exemplis  
Apostolus  
ad  
Hebraeos  
docet.  
E-  
tera,  
qui  
fide  
desistunt,  
ij  
etsi  
ad  
tempus  
aliquam  
bonestatis  
speciem  
praeseferant,  
& vbi  
pericula  
conueniunt,  
fidem  
turpiter  
abnegant.  
Nos  
ergo  
verae  
fidei  
assuescamus,  
& in  
vnum  
Dei  
verbum  
eiusq[ue]  
promis-  
siones  
intenti,  
nec  
carnis  
affectibus,  
nec  
humanae  
prudenciae,  
nec  
mundi  
minis  
locum  
demus,  
et  
omnia  
omnia  
salua  
fore  
experiemur.

Rom 4.  
2. Cor. 10.  
Hebr. 11.

Christus tres so-  
los huic nego-  
tio adhibet.  
Marc. 9. 14.  
1. Cor. 12.  
Num. 11.  
Dan. 7. 8. 9.  
10. & c.  
2. Cor. 12.  
Apoc. 1. & c.

Iudaei funera-  
gentium more  
lugebant.  
Leuit. 19.

Sed redeamus ad Christum, qui et turbis & plerisque discipulorum post se relicto, tres solummodo assumit, Petrum scilicet, Iohannem & Iacobum ( quos in alijs quoque negotijs magis arduis sibi praeteris familiaritates habuit ) & illis comitatus ad Iairi domum contendit. Solos vero hos tres sibi adhibere videtur, quod nondum venisset hora glorificationis suae, & hi tres postea rei gestae iustificationis esse poterant. Interim admonemur, inter electos quoque donorum diuersitatem esse, & alios alij prestare. Sic in veteri Testamento Mose Deus familiaris quam postea vltis prophetarum cultum esse. E Danieli plura quam alijs reuelata sunt. Inter Apostolos quoque Paulum & Iohannem vtriusque reliquos excelluisse scimus. Cum vero haec pro bona sua voluntate ita Deus dispenset, illius gratiam agnoscat qui se praeter alijs ornatos videt, nec ideo efferauerunt. Reliqui vero Dei dona in partibus magni faciunt, nec aduersus Deum inuidiose murmurent, sed illi licere cogitent de suo agere, quod ipsi bonum videatur.

Porro Iairi domum ingressus Christus, cum mulieribus, & magno cum eulatu puella mortem desistentes inuenit. Neq[ue] hic praetermittendum est, quod Mattheus cibicium quoque mentionem facit. Ex eo enim constat, Iudaeos legis diuinae immemores, in funeribus gentium mores & ritus imitari soluisse. Habebant autem ille varios tibiatarum modos, inter quos Ionicus, Lydius & Phrygius ad funebri-  
poribus celebrantur. Phrygio autem in funeribus utebantur, quod is suo modulamine ad ludum concitandum idoneus esset, & illis ad manes placandos aliquid posse videretur: vt ex huiusmodi poeta versibus conijcere solet.



Quum signum luctus cornu graue mugit aduoco  
Tibi, cui teneros suorum producere manes  
Lege Phrygum moesta, &c.

Et nostro seculo aliquas huius superstitionis reliquias apud  
Graecos superesse ferunt. Nec aliunde manauit, quod hodie qui fide in Christum gloriantur, funera  
legunt. Sunt haec gentilitia superstitionis monumenta, quae ut retineantur sedulo incumbit satan, quia  
illae superstitiones fouentur, & fides labefactatur, quae animas credentium, sacris eiusmodi nequaquam  
debetur in funeribus non damnant, quem videlicet charitatis affectus & defunctorum desiderium  
in nobis excitat: cui olim sanctissimos patriarchas, & postea primitiuae ecclesiae fideles in Stephani  
fatae resurrectionis ignorant. Honorifice autem corpora defunctorum sepeliri debent, ut ij solent, qui spem  
aliquando spiritus sancti templa fuerunt, tum quod illa ad gloriam resurrectionis esse scimus. Et cum  
pauca sunt caetera Christiani, ne quid vel ex inueterata consuetudine, vel incogitantia faciant, quod  
cum superstitione coniunctum, Christi merito & fidei doctrina quicquam deroget. Cauebunt autem,  
si omnibus ijs abstineant, quae ex gentilitio in ecclesiam inuexit Romanus Pontifex, qui supersti-  
tiorum hominum funeribus infelices illas harpyas, sacrificulos nimirum & Monachos potissimum  
dicere & dicere consuevit. Si enim tibicines hocce Christus eiecit, cur hodie non inuehant, qui Chri-  
stiani haberi volunt?

Contra gentili-  
tios funera  
ritus.

Ioan. 5.

Ge. 33. 49. etc.  
Actor. 8.  
1. Theff. 4.  
1. Cor. 6.

Sed Christum audiamus, qui lugentes compefcit, quod vel ficto vel superstitioso luctu puella huius  
mortem prosequerentur. Rationem vero subiicit, quod illa non mortua sit, sed dormiat. Quo verbo  
nec illos luctu, nec inani spe luctu sed de morte recte & pie indicare docet. Hanc enim scriptura pas-  
sum somnum vocat, & eos ob dormiuisse dicit, quos mundus mortuos esse clamat. Ita vero loquitur  
propter resurrectionis spem, in qua corpora nostra, tanquam ex somno, ad vitam resurgent: priorum  
quidem, ut caelestis regni gaudio fruamur: impiorum vero, ut sempiternas scelerum abs se patratio-  
nem penas exoluant. Hinc etiam mos ille apud veteres inoleuit, ut sepulturae loca xoiuutopia (quod  
Latine Dormitoria sonat) dicerent, & illa ipsa templis vicina esse uoluerint, ut in resurrectionis  
fide magis confirmarentur, & simul intelligerent, mortuos quoque ab ecclesia nequaquam exclusos  
esse cum nec mors nec uita (sicuti Paulus ait) nos separare possint a dilectione Dei. Ut vero doctri-  
nam hanc mundus deridere soleat, in sequentibus patebit. Prodeit autem in horum consideratione  
fratres uerari, ut resurrectionis spe in tentationibus confirmemur, & eiusdem memores peccati  
blanditiis & affectuum illecebris maiori constantia & studio resistamus: ut nobis olim in caelis ui-  
uere deat cum Christo Iesu domino nostro, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeter-  
num. Amen.

Christus luge-  
tes cum tibicini-  
bus eiecit.

Mors somnus  
dicitur.

Ioan. 5.

Rom. 8. & 14.

HOMILIA XLIV.

Et deridebant eum. Ipse uero eiecit omnibus assumit patrem &  
matrem puellae, & eos qui secum erant, & ingreditur eam, ubi puella  
erat iacens: prehensaque manu puella dicit ei: Thalitha cumi, quod  
est si interpreteris: Puella (tibi dico) surge. Et statim surrexit puella,  
& ambulabat (erat enim annorum duodecim) & percussis sunt percula-  
tione magna. Et imperauit eis multum, ne ullus id cognosceret: dis-  
xitque ut daretur illi quo uesceretur.

Quoniam propter peccatum omnibus nobis moriendi necessitas incumbit, uile simul & ne-  
cessarium est, ut quae nam sit mortis conditio probe intelligamus, & de illa recte iudicemus.  
Quoniam hic errant, ij aut illius metu superati ea faciunt, quae cum salutis aeternae periculo coniun-  
cta sunt: aut dum post hanc nihil superesse sibi persuaserunt, estreni peccandi licentia in omne scelus  
effunduntur. Proderit ergo in praesentis historiae consideratione diligenter uersari: in qua Christus

Argumentum  
& usus praesen-  
tis loci.